IN NICOMACHI GERASINI PYTHAGOREI DEDVCTIONIS AD *ſcientiam numerorum ex duobus libris, Priorem.*

PROOEMIVM, ſuſceptæ operæ cauſſam exponit. Nimirum, diſtinguendum eſſe veras & conſtantes naturas atq; res, quæ ſint corporis expertes (Græcè ὄντως ϗ κυρίως ὄντα vocantur) ab ijs quæ ſint & ipſæ res quidem atq; naturæ, ſed nomine ſeu verbo tantum, quæ ſcilicet corporis molem habeant, & ſubijciantur ſenſibus, cum illæ alteræ intelligentia ſolum animi compræhendantur. Sapientia autem eſt illarum certarum atq; conſtantium, non harum caducarum & fluxarum, cuius ſtudium nominatum eſt Philoſophia, eiuſq; definitio: Scientia in rebus & naturis veritatis.

Scien-